poſtulabaꝫ pro illa et vſqꝫ in no
uiſſimis inquiram eam ⁊ florebit
tanq̄ precox vua. Letatū eſt cor meū
in ea ambulauit pes meus iter re
ctū in iuuentute mea inueſtigabā
eam. Inclinaui modice aurē meā
⁊ excepi illam. Multam inueni in
memetipſo ſapientiā ⁊ multū ꝓ
feci in ea. Dāti mihi ſapientiā da
bo gloriaꝫ. Conſiliatꝰ ſum enī ut
facerē illam. zelatus ſū bonū ⁊ nō
confūdar. Colluctata eſt anima
mea in illa et in faciendo eaꝫ con
firmatus ſū. Manus meas exten
di in altū et in ſapiētia eius luxit
anima mea ⁊ ignorantias meas
illūinauit. Animā meaꝫ direxi ad
illā ⁊ in agnitōne inueni eā. Poſ
ſedi cum ipſa cor ab initio ꝓpter
hoc nō derelinquar. Venter meus
cōturbatus eſt querēdo illaꝫ ꝓp
terea bonā poſſidebo poſſeſſionem
Dedit enī mihi dominꝰ linguam
mercedē meam ⁊ in ipſa laudabo
eum. Appropiate ad me indocti ⁊
cōgregate vos ad domū diſcipli
ne. Quid adhuc retardatis ⁊ q̄d
dicitis in hijs. Anime veſtre ſiti
unt vehemēter. Aperui os meū ⁊
locutus ſū. Cōparate vobis ſine
argento ſapientiā ⁊ collū veſtrū
ſubicite iugo eius ⁊ ſuſcipiat ani
ma veſtra diſciplinaꝫ. In primo
eſt enī inuenire eam. Videte ocu
lis veſtris quia modicū laboraui
⁊ inueni mihi multā requiē. Aſſu
mite diſciplinaꝫ in multo nūero
argenti ⁊ copioſū aurū poſſidete
in ea. Letet aīa vr̄a in mīa eius ⁊
nō cōfūdemini in laude eiꝰ. Operami
opꝰ vr̄m an̄ tēpus ⁊ dabit vobis
mercedē veſtrā in tpe ſuo.

Explicit liber eccīaſticus.
Incipit oracō ſalomōis.

ET indicauit ſalo
mon genua ſua
in ↄſpectu totius
eccleſie iſrahel et
aperuit manꝰ ſu
as ad celuꝫ et di
xit. Dn̄e deus iſrahel nō eſt tibi ſi
milis deus in celo ſurſū neqꝫ in ter
ra deorſū qui cuſtodis teſtamētū
tuū et miſc̄diaꝫ pueris tuis eunti
bus in cōſpectu tuo in toto corde
ſeruans puero tuo dauid que lo
cutꝰ es illi ⁊ locutus es in ore tuo
et in manu tua impleſti q̄ſi dies
iſte. Et nūc dn̄e deus iſrl' cuſtodi
puero tuo dauid patri meo que
locutꝰ es illi dicēs. Nō deerit tibi
vir a facie mea ſedens in throno
iſrl'. Verūtamē ſi cuſtodierint fi
lij tui legē meā ⁊ in p̄ceptis meis
ambulēt ſicut ambulauerūt in cō
ſpectu meo fideles. Et nūc dn̄e deꝰ
iſrl' creditū eſt verbū quod locu
tus es puero tuo dauid. q̄m ſi ve
re habitauit deus cū hoībꝫ in ter
ra. Si celū celi nō ſuffitiāt tibi q̄n
to magis domꝰ hec quā edificaui
Sꝫ reſpicias ad oīoeꝫ ſerui tui et
dep̄cacōeꝫ eius ut exaudias dn̄e
placacōnē oīonis quā puer tuꝰ
orat corā te hodie ut ſint oculi tui
ſup domū hāc die ac nocte ī locū
quē dixiſti inuocare nomē tuū et
exaudias oīoneꝫ quā puer tuus
orat in hoc loco et exaudias p̄ca
tionē pueri tui ⁊ ppl'i tui iſrl' ſi ora
uerint in loco iſto et exaudias in
loco hītacōis de celo et exaudias
et ꝓpiciꝰ ſis ſi peccauerit vir in te.

Explicit oīo ſalomōis.